



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De bonis matrimonij. Quæstio 49.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Ad secundum dicendum, quod coniunctio potest accipi pro ipsa relatione, quæ est matrimonium; & talis semper est à Deo, & bona est à quacunque fiat causa: vel pro actu eorum qui coniunguntur, & sic est quandoque mala, & non est à Deo, simpliciter loquendo. Nec est inconueniens quod aliquis effectus sit à Deo, cuius causa est mala: sicut proles que ex adulterio * suscipitur. Non enim est ex illa causa, in quantum est mala, sed in quantum habet aliquid de bono, secundum quod est à Deo, quamuis non simpliciter sit à Deo.

* alias, concipitur.

Ad tertium dicendum, quod intentio Ecclesie, qua intendit sacramentum tradere, est de necessitate cuiuslibet sacramenti, ita quod ea non obseruata, nihil in sacramentis agitur. Sed intentio ecclesie, qua intendit utilitatem ex sacramento prouenientem, est de bene esse sacramenti, & non de necessitate eius: unde si non obseruetur, nihilominus est verum sacramentum: sed tamen prætermittens hanc intentionem, operatur; sicut si in Baptismo non intendatur sanitas mentis, quam ecclesia intendit. Et similiter ille, qui intendit matrimonium contrahere, quamuis * matrimonium non ordinet ad illum finem, quem ecclesia intendit, nihilominus verum matrimonium contrahit.

* alias, eius intentio ordinatur.

Ad quartum dicendum, quod illud malum in quantum non est finis matrimonij, sed contrahentium.

Ad quintum dicendum, quod ipsa unio est signum coniunctionis Christi & Ecclesie, & non operatio vnitorum: & ideo ratio non sequitur.

QVÆST. XLIX.

De bonis matrimonij, in sex articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de bonis matrimonij.

- ¶ Circa quod quaruntur sex.
- ¶ Primo, utrum debeant haberi aliqua bona ad contrahendum matrimonium?
- ¶ Secundo, utrum sufficienter assignentur?

- ¶ Tertio, vtrum bonum sacramenti fit principalius inter alia bona?
- ¶ Quarto, vtrum actus matrimonij per prædicta bona à peccato excusetur?
- ¶ Quinto, vtrum sine eis aliquando à peccato excusari possit?
- ¶ Sexto, vtrum quando est sine eis, fit semper peccatum mortale?

ARTIC. I.

Vtrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod matrimonium non debeat habere aliqua bona quibus excusetur. Sicut enim conseruatio indiuidui, quæ fit per ea quæ ad nutritiuam pertinent, est de intentione nature: ita conseruatio speciei, quæ fit per matrimonium; & multo magis, quanto melius & diuinius est bonum speciei, quàm bonum vnius indiuidui. Sed ad actum nutritiuæ excusandum non indiget aliquibus bonis. Ergo nec etiam ad excusandum matrimonium.

199
Tho. 4. d.
31. q. 2. 1
& seq.

* alias,
dignius.

¶ 2 Præterea, Secundum Philof. in 8. *Eth. amicitia quæ est inter virum & vxorem, est naturalis, & candidit in se honestum, vile, & delectabile. Sed illud quod de se est honestum, non indiget aliqua excusatione. Ergo nec matrimonio deberent attribui aliqua bona excusantia.

* lib. 8.
eth. c. 12.
à med.

¶ 3 Præterea, Matrimonium est institutum in remedium & in officium, vt supra dictum est. Sed secundum quod est in officium, non indiget excusatione: quia sic etiam in paradiso excusatione indiguit, quod falsum est. Ibi enim fuissent honorabiles & torus immaculatus. vt August. † dicit. Si præter nec secundum quod est in remedium, sicut nec ista sacramenta, quæ in remedium peccati sunt instituta. Ergo matrimonium, huiusmodi excusantia habere non debet.

* q. 42. a.
2 corp et
2. et Aug.
lib. 9. de
Genes ad
litteram,
c. 7. 10. 3.
† lib. 9.
sup. Gen.
c. 3. auis
med. 10. 3

¶ 4 Præterea, Ad omnia quæ honeste fieri possunt, virtus

* al. hone
stantibus

virtutes dirigunt. Si ergo matrimonium aliquibus bonis potest honestari, non indiget alijs * honestantibus, quam animi virtutibus; & sic non debet matrimonio aliqua bona assignari, quibus honestetur, sicut nec alijs, in quibus virtutes dirigunt.

SED contra, vbi cumque est indulgentia, illi est necessaria aliqua excusationis ratio. Sed matrimonium conceditur in statu infirmitatis, secundum indulgentiam, vt patet 1. Cor. 7. Ergo indiget per aliqua bona excusari.

¶ Præterea, Concubitus fornicarius & matrimonialis sunt eiusdem speciei, quantum ad speciem naturæ. Sed concubitus fornicarius de se est turpis. Ergo ad hoc quod matrimonialis non sit turpis, oportet quod aliquid addi, quod ad honestatem eius pertineat, & in aliam speciem moris trahat.

RESPONDEO dicendum, quod nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi pro aliqua recompensatione alicuius æqualis, vel melioris boni: unde electio alicuius, quod aliquam iacturam habet tantam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensationem ordinetur, & honestetur. In coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accedit: tum quia propter vehementiam delectationis absorbetur ratio, vt non possit aliquid intelligere in ipsa, vt Philosophus ¶ dicit: tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales sustinere ex similitudine temporalium: vt patet 1. Corin. 7. & ideo talis coniunctionis electio non potest esse ordinata nisi per recompensationem aliquorum. ex quibus illa coniunctio honestetur: & hæc sunt bona, quæ matrimonio excusant, & honestum reddunt.

Ad primum ergo dicendum, quod in actu coniunctionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut est in prædicta delectatione: tum quia vis generatiua per quam originale traducitur, est perfecta & corrupta; nutritiua autem, per quam non traducitur, est corrupta, & non infecta: tum etiam quia delectatio

† lib. 7.
ethi. c. 11.
circa fin.

Ad secundum dicendum, quod in actu coniunctionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut est in prædicta delectatione: tum quia vis generatiua per quam originale traducitur, est perfecta & corrupta; nutritiua autem, per quam non traducitur, est corrupta, & non infecta: tum etiam quia delectatio

defectū individui quilibet magis sentit in seipso, quam defectum speciei. Vnde ad excitandum ad comestio-

* Al. que

Ad secundum dicendum, quod ista bona, quæ matrimonio honestant, sunt de ratione matrimonij: & non indiget eis quasi exterioribus quibusdam honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem, quæ ei secundum se competit.

Ad tertium dicendum, quod matrimonium ex hoc quod est in officium vel in remedium, habet rationem vilis & honesti: sed utrumque horum ei competit, ex hoc quod huiusmodi bona habet, quibus fit in officium, & remedium concupiscentiæ adhi-

* Al. officiosum

Ad quartum dicendum, quod aliquis actus virtutis honestatur & virtute, quasi principio elicitiuo; & circumstantijs, quasi formalibus principijs ipsius: hoc modo se habent bona matrimonij ad matrimonium, sicut circumstantiæ ad actus virtutis, ex quibus videtur, quod virtutis actus esse possit.

ARTIC. II.

Virum bona matrimonij sufficienter assignentur?

200

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod insufficienter bona matrimonij assignentur a Matrimonio Sententiarum *, scilicet fides, proles, & sacramentum. Quia matrimonium non solum fit in hoc, sed ad prolem procreandam & nutriendam, sed etiam ad consortium communis vitæ, propter operationem communicationem, ut dicitur in 8. Ethic. * Ergo ponitur proles bonum matrimonij, ita deberet etiam operum communicatio.

li. 4. sent. d. 28. par. 1.

lib. 8. c. 12. a. ne.

Præterea, Coniunctio Christi ad Ecclesiam, quam

quam matrimonium significat, perficitur per charitatem. Ergo inter bona matrimonij magis debet poni charitas, quam fides.

*Lib. 4.
Senten
dist. 28.
parag.
A.*

¶ 3 Præterea, In matrimonio sicut exigitur quod neuter coniugū ad alterius torum accedat: ita exigitur, quod vnus alteri debitum reddat. Sed primum pertinet ad fidem, vt magister * dicit. Ergo deberet etiam iustitia, propter redditionem debiti, inter bona matrimonij computari.

¶ 4 Præterea, Sicut in matrimonio, in quantum significat conjunctionem Christi & Ecclesie, requiritur indiuisibilitas: ita & vnitas, vt sit vna veritas. Sed sacramentum, quod inter tria bona matrimonij computatur, pertinet ad indiuisionem. Ergo deberet esse aliquid aliud, quod pertineret ad vnitatem.

¶ 5 SED contra, Videtur, quod superfluum est quia vnica virtus sufficit ad vnicum actum honestandum. Sed fides est vna quedam virtus. Ergo non oportuit alia duo addere ad honestandum matrimonium.

Aug lib.

1. denup.

et cōt. p.

4. 10. 7.

et de bō-

no coniu-

gali, 6. 7.

10. 6.

¶ Augu.

de Gene.

ad liter.

lib. 9. c.

7. 10. 3.

et cōtra

Iulianū,

lib. 5. c.

2. 10. 7.

¶ 6 Præterea, Non ex eodem aliquid accipitur rationem vtilis & honesti, cum vtile & honestum opposito bonum diuidant. Sed ex prole matrimonij accipitur rationem vtilis. Ergo proles non debet computari inter bona, quibus matrimonium honestatur.

¶ 7 Præterea, Nihil debet poni vt proprietas vel conditio sui ipsius. Sed hæc bona ponuntur vt quedam conditiones matrimonij. Ergo cum matrimonium sit sacramentum, non debet poni sacramentum inter bona matrimonij.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium est in officium naturæ *, & est sacramentum Ecclesie: in quantum autem est in officium naturæ, dicitur ordinatur sicut & quilibet alius virtutis actus, quorum vnum exigitur ex parte ipsius agentis, & hoc est intentio finis debiti; & sic ponitur + bonum matrimonij.

rimoni, proles. Aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere, ex hoc quod cadit supra deam materiam; & sic est fides, per quam homo ad deum accedit, & non ad aliam. Sed ulterius habet aliquam bonitatem, in quantum est sacramentum: & sic significatur ipso nomine sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, quod in prole non solum intelligitur procreatio prolis, sed etiam educatio ipsius, ad quam sicut ad finem, ordinatur tota communicatio operum, quæ est inter virum & uxorem, in quantum sunt matrimonio coniuncti: quia patet naturaliter thesaurizant filijs, ut patet 2. Corint. Et sic in prole, quasi in principali fine, alius, quasi secundarius, includitur.

Ad secundum dicendum, quod fides non accipitur hic, prout est virtus Theologica: sed prout est iustitia, secundum quod fides dicitur ex hoc, quod dicitur in conseruatione promissorum: quia in matrimonio, cum sit quidam contractus, est quedam promissio, per quam talis vir tali mulieri determinatur.

Ad tertium dicendum, quod sicut in promissione matrimonij continetur, ut neuter ad alium torum accedat: ita etiam quod sibi inuicem debitum reddat: hoc etiam est principaliter, cum sequatur ex ipsa potestate in inuicem data; & ideo vtrumque ad fidem pertinet. Sed in lib. Sentent. * ponitur illud quod est minus manifestum.

* Loco citato in art. 14.

Ad quartum dicendum, quod in sacramento non solum intelligenda est indiuisio: sed omnia illa quæ sequuntur matrimonium, ex hoc quod est signum unionis Christi, & Ecclesiæ. Vel dicendum, quod unitas quam obiectio tangit, pertinet ad fidem, & indiuisio ad sacramentum.

Ad quintum dicendum, quod fides non accipitur pro aliqua virtute, sed pro quadam conditione, ex qua fides nominatur, que ponitur pars iu-

Ad sextum dicendum, quòd sicut debitus usus boni utilis accipit rationem honesti, non quidem ex utili, sed ex ratione quæ rectum usum facit; ita etiam ordinatio ad aliquod bonum utile potest facere bonitatem honestatis, ex vi rationis debitam ordinatorem facientis. Et hoc modo matrimonium ex hoc quòd ordinatur ad prolem, utile est; & nihilominus honestum, in quantum debite ordinatur.

lib. 4.
d. 1. §. 8
in fine.

Ad septimum dicendum, quòd sicut Magister dicit 21. Distin. 4. Sententiarum*, sacramentum non dicitur hic ipsum matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ eiusdem est rei signum, cuius est matrimonium. Vel dicendum, quòd quamvis matrimonium sit sacramentum, tamen aliud est matrimonio esse matrimonium, & aliud est ei esse sacramentum; quod non solum ad hoc est institutum, ut sit in signum sacrae, sed etiam ut sit in officium naturæ. Et ideo ratio sacramenti est quædam conditio adveniens matrimonio secundum se considerato, ex quo etiam honestatem habet: & ideo sacramentalitas eius ponitur inter bona honestantia matrimonij, & secundum hoc in tertio bono matrimonij, scilicet sacramento, non solum intelligitur inseparabilitas, sed etiam omnia quæ ad significationem sacramenti pertinent.

ARTIC. III.

201

Vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij?

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd sacramentum non sit principalius inter bona matrimonij. Quia finis est potissimum in vnoquoque. Sed proles est matrimonij finis. Ergo proles est principalius matrimonij bonum.

¶ 2. Præterea, Principalius in ratione speciei est differentia, quæ complet speciem, quam genus. Sed forma quàm materia, in constitutione rei naturalis. Sed sacramentum competit matrimonio ex ratione sui generis, proles autem & fides ex ratione differentie.

in quantum est tale sacramentum. Ergo alia, in quantum sunt magis principalia in matrimonio, quam sacramentum.

¶ 3 Præterea, Sicut inuenitur matrimonium sine prole & fide, ita inuenitur sine inseparabilitate; sicut patet quando alter coniugum ante matrimonium committatur ad religionem transit. Ergo nec ex hac ratione sacramentum est in matrimonio principalius.

¶ 4 Præterea, Effectus non potest esse principalis sua causa. Sed consensus qui est causa matrimonii, frequenter immutatur. Ergo & matrimonium, si solui potest, & sic inseparabilitas non semper comparatur matrimonio.

¶ 5 Præterea, Sacramenta quæ habent effectum perpetuum, imprimunt characterem. Sed in matrimonio non imprimitur character. Ergo non adest inseparabilitas perpetua; & ideo sicut est matrimonium sine prole, ita potest esse sine sacramento; sicut eodem quod prius.

Ad contra, illud quod ponitur in definitione rei, est maximum essentialium. Sed indiuisio, quæ pertinet ad sacramentum, ponitur in definitione supra matrimonium data, non autem proles vel fides. Ergo sacramentum inter alia est in matrimonio essentialius.

¶ Præterea, Virtus diuina quæ in sacramentis operatur, est efficacior quam virtus humana. Sed proles & fides pertinent ad matrimonium, secundum quod est officium naturæ humanæ; sacramentum autem, secundum quod est ex institutione diuina. Ergo sacramentum est principalius in matrimonio, quam virtus diuina.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid dicitur in matrimonio principalius altero, duobus modis; aut quia est essentialius, aut quia dignius. Si quia dignius, in omnibus modis sacramentum est principalius in matrimonio coniugij bona: quia pertinet ad matrimonium, in quantum est sacramentum gratiæ. Alia verò duo

9.44. a. 3
ex Mag.
li. 4. sent.
d. 27. S. B

Aug. lib.
1. de nup.
c. 1. c. 1.
c. 17. 30. 7

duo pertinet ad ipsum, inquam est quoddam nature officium: perfectio autem gratiæ est dignior perfectione nature. Si autem dicatur principalis quia essentialius, sic distinguendum est: quia fides & proles possunt dupliciter considerari. Vno modo in seipsis: & sic pertinent ad usum matrimonij, per quem & proles producit, & pactio coniugalis servatur. Sed indivisibilitas, quam sacramentum importat, pertinet ad ipsum matrimonium secundum se: quia ex hoc ipso quod per pactioem coniugalem sui potestatem sibi inuicem in perpetuum coniuges tractant, sequitur quod separari non possint: & inde est quod matrimonium nunquam inuenitur sine inseparabilitate: inuenitur autem sine fide & prole, quia esse rei non dependet ab usu suo: & secundum hoc sacramentum est essentialius matrimonio, quam fides & proles. Alio modo possunt considerari fides & proles, secundum quod sunt in suis principijs: ut pro prole accipitur intentio prolis, & pro fide debet seruari fides, sine quibus etiam matrimonium esse non potest: quia hæc in matrimonio ex ipsa pactioe coniugali causantur: ita quod si aliquid eorum rium huius exprimeretur in consensu qui matrimonium facit, non esset verum matrimonium: & sic accipiendo fidem & prolem, proles est essentialius in matrimonio; & secundò, fides; & tertio, sacramentum. sicut etiam homini est essentialius esse natura, quam esse gratiæ, quamuis esse gratiæ dignius.

Gracia-
nus 27.
q. 2. ca.
45.

Ad primum ergo dicendum, quod finis secundum intentionem est primum in re; sed secundum constitutionem est vltimum: & similiter proles habet inter matrimonij bona: & ideo quoddammodo est principalius, & quodammodo non.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum, prout ponitur tertium matrimonij bonum, pertinet ad matrimonium, ratione suæ differentie: dicitur enim sacramentum ex significatione huius rei.

per determinata, quam matrimonium significat.
Ad tertium dicendum, quod nuptia secundum
August. * sunt bonum mortaliū: unde in resurre-
ctione, neque nubent, neque nubentur, ut dicitur
Matth. 22. Et ideo vinculum matrimonij non se ex-
tendit ultra vitam, in qua contrahitur: & ideo* dici-
tur inseparabile, quia non potest in hac vita separari
sed per mortē, siue corporalem post carnalem cō-
iunctionem, siue spiritualem post spiritualem tantum.
Ad quartum dicendum, quod quamuis consensus
facit matrimonium, non sit perpetuus materialiter,
sed est, quantum ad substantiam actus, quia ille
cessat, & potest contrarius succedere: tamen
formaliter loquendo, est perpetuus, quia est de per-
petuitate vinculi; alias non faceret matrimonium: non
enim consensus ad tempus in aliquam, matrimonium
facit. Et dico formaliter, secundum quod actus acci-
piuntur ab obiecto: & secundum hoc matrimo-
nium ex consensu inseparabilitatem accipit.
Ad quintum dicendum, quod in sacramentis, in-
cipitur imprimatur character, traditur potestas ad
actus spirituales: sed in matrimonio, ad actus corpo-
rales. Unde matrimonium ratione potestatis, quam in
se recipiunt coniuges accipiunt, conuenit cum sacra-
mentis, in quibus character imprimitur; & ex hoc ha-
bet inseparabilitatem, ut Magister * dicit: sed differt
in quantum potestas illa est ad actus corpo-
rales; & propter hoc non imprimit characterem spi-
ritualem.

de bono
coniuga-
li ex c. 24
to 6.
* Aug. de
bono con-
iug. c. 7.
c. 15. c.
de adul-
terinis cō-
iug. li. 2.
cap. 5. c.
Amb. in
c. 16. Luc.

li. 4 sent.
d. 30. §.
D.

ARTIC. IV.

Primum actus matrimonij excusatur per bona
prædicta?

202.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod actus
matrimonij non possit excusari per bona præ-
dicta, ut non sit omnino peccatum. Quia quicumque
facit damnum maioris boni propter minus bo-
num, peccat, quia inordinate sustinet. Sed bonum
matrimonij quod dicitur in ipso actu conjugali, est
supplementum
D d
maius

maius quàm hæc tria coniugij bona. Ergo prædicta bona non sufficiunt ad excusandum conjugalem concubitum.

¶ 2 Præterea, Si bonum malo addatur in genere moris, totum efficitur malum, non autem totum bonum: quia vna circumstantia mala facit actum malum, non autem vna bona facit ipsum bonum. Sed actus conjugalis, secundum se est malus; aliàs excusatione non indigeret. Ergo bona matrimonij adiuncta non possunt ipsum bonum facere.

¶ 3 Præterea, Vbiicumque est immoderatio passionis, ibi est vitium in moribus. Sed bona matrimonij non possunt efficere, quin delectatio illius actus sit immoderata. Ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

¶ 4 Præterea, Verecundia non est nisi de corpore actu, secundum Damascenum *. Sed bona matrimonij non tollunt erubescuntiam ab illo actu. Ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

SED contra, Concubitus conjugalis non differt a fornicario, nisi per bona matrimonij. Si ergo hæc non sufficerent excusare ipsum, tunc matrimonium semper illicitum remaneret: quod est contra id quod habitum est supra *.

¶ Præterea, Bona matrimonij se habent ad aliam eius, sicut circumstantiæ debita, sicut dictum est. Sed circumstantiæ tales sufficienter faciunt quod actus aliquis non sit malus. Ergo & hæc bona possunt excusare matrimonium, ut nullo modo sit peccatum.

RESPONDEO dicendum, quod aliquis actus dicitur excusari dupliciter. Vno modo, ex parte facientis, ita quod non imputetur facienti in culpa, quamvis sit malus; vel saltem non in tantam culpam, sicut ignorantia dicitur excusare peccatum, in toto vel in parte. Alio modo dicitur excusari actus ex parte sui, ita scilicet, quod non sit malus. Et hoc modo prædicta bona dicuntur excusare actum matrimonij. Ex eodem autem habet actus aliquis, quod semper est

lib. 2. ethod. fr-dei, c. 15.

** in 4. d. 41. ar. 3. præfert. in resp. ad 4. et 5. art. 1. huius q. ad 4.*

in malis in genere moris, & quod sit bonus: quia non est aliquis actus indifferens, vt in 2. libro dictum est. Dicitur autem aliquis humanus actus bonus dupliciter. Vno modo, bonitate virtutis: & sic habet actus quod sit bonus ex his quæ ipsum in medio ponunt: & hoc faciunt in actu matrimonij, fides & caritas, vt ex dictis patet. Alio modo, bonitate sacramenti, secundum quod actus non solum bonus, sed etiam sanctus dicitur. Et hanc bonitatem habet actus matrimonij ex indiuisibilitate coniunctionis, secundum quam significat coniunctionem Christi ad ecclesiam: & sic patet quod prædicta bona sufficienter actum matrimonij excusant.

Ad primum ergo dicendum, quod per matrimonij actum non incurrit homo damnum rationis, quantum ad habitum, sed solum quantum ad actum: nec est inconueniens quod quandoque aliquis actus, qui est melior secundum genus suum, interrumpatur pro aliquo minus bono actu. Hoc enim sine peccato fieri potest: sicut patet in eo qui ab actu contemplationis abicit, vt interdum actioni vacet.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit, si malum quod inseparabiliter comitatur consequitur, esset malum culpæ. Nunc autem non est malum culpæ, sed pænæ tantum, quæ est inobedientia concupiscentiæ ad rationem: & ideo ratio non sequitur. Ad tertium dicendum, quod superabundantia passionis, quæ facit vitium, non attenditur secundum quantitatem ipsius ad intensionem, sed secundum proportionem ipsius ad rationem: vnde tunc solum passio reputatur immoderata, quando limites rationis excedit. Delectatio autem quæ fit in actu matrimoniali, quæ fit intensissima secundum quantitatem, non tamen excedit limites sibi à ratione præfixos ante principium suum, quamuis in prædicta delectatio ratio eos ordinare non possit.

Ad quartum dicendum, quod turpitude illa quæ super est in actu matrimoniali, & erubescenciam.

D d 2 facit.

idē supra
q 41. a 4.
corp.

ar. 2. hu-
ius quæst.
corp. 29.
hoc præ-
sertim.

ar. 3. q.
41. ad 3o.

ar. 3. q.
41. ad 6.

4^o QVÆST. XLIX. ART. V.
facit, est turpitudinis & non culpæ: quia de quo-
libet defectu homo naturaliter erubescit.

ARTIC. V.

Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij?

203
Conc. Tri
dent. sess.
24. in pr.
S. Gratia
vero.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod actus matrimonialis excusari possit etiam sine bonis matrimonij. Qui enim à natura tantum mouetur ad actum matrimonij, non videtur aliquod bonum matrimonij intendere: quia bona matrimonij pertinent ad gratiam vel virtutem. Sed quando aliquis solo appetitu naturali mouetur ad actum prædictum, non videtur esse peccatum: quia nullum naturale est malum, cum malum sit præter naturam, & præter ordinem, vt Dion. * dicit. Ergo actus matrimonialis excusari potest, etiam sine bonis matrimonij.

t. 4. de di
uin. nom.
aliquan-
sulū an-
te fin.

¶ 2 Præterea, ille qui vitur coniuge ad fornicationem vitandam, non videtur aliquod bonum matrimonij intendere. Sed talis non peccat, vt videtur: quia ad hoc est matrimonium concessum humanæ infirmitati, vt fornicatio vitetur; vt patet 1. Corinth. 7. Ergo etiam sine bonis matrimonij potest actus eius excusari.

¶ 3 Præterea, ille qui vitur re sua ad libitum, non facit contra iustitiam: & sic non peccat, vt videtur. Sed per matrimonium vxor efficitur res viri, & è contrario. Ergo si se inuicem ad libitum vtantur in libidine mouente, non videtur esse peccatum; & sic idem quod prius.

¶ 4 Præterea, illud quod est bonum ex genere, non efficitur malum, nisi ex mala intentione fiat. Sed actus matrimonialis quo quis cognoscit suam, est ex genere bonus. Ergo non potest esse malus, nisi mala intentione fiat. Sed potest bona intentione fieri etiam si non intendat aliquod bonum matrimonij, puta, cum quis salutem corporalem per hoc intendit sequi, aut consequi. Ergo videtur, quod etiam sine matrimonij bonis, actus ille possit excusari.

SED

SED contra, Remota causa, remouetur effectus. Sed causa honestatis adus matrimonialis sunt matrimonij bona. Ergo sine eis non potest actus matrimonialis excusari.

¶ Præterea, Non differt actus prædictus ab actu fornicario nisi in prædictis bonis. Sed concubitus fornicarius semper est malus. Ergo si non excusatur prædictis bonis, etiam matrimonialis actus semper esse malus.

RESPONDEO dicendum, quod sicut bona matrimonij, secundum quod sunt in habitu, faciunt matrimonium honestum & sanctum: ita etiam secundum quod sunt in actuali intentione, faciunt actum matrimonij honestum, quantum ad illa duo bona matrimonij, quæ ipsius actum respiciunt. Vnde quando coniuges conueniunt causa prolis procreandæ, vel sibi inuicem debitum reddant, quæ ad * finem continent, totaliter excusantur à peccato. Sed tertium bonum non pertinet ad usum matrimonij, sed ad salutem ipsius, ut dictum* est. Vnde facit ipsum matrimonium honestum, non autem actus eius, ut per hoc actus eius absque peccato reddatur: quia causa alius significationis conueniunt. Et ideo duobus solis bonis coniuges absque omni peccato conueniunt, scilicet causa procreandæ prolis, & debiti reddendi: actus autem semper est ibi peccatum, ad minus veniale. Ad primum ergo dicendum, quod proles prout est bonum sacramenti, addit supra prolem, prout est bonum intentionem à natura. Natura enim intendit prolem, prout in ipsa saluatur bonum speciei: sed in prole, secundum quod est bonum sacramenti matrimonij, ultra hoc intelligitur, ut proles suscepta, ulte- rius ordinetur in Deum. Et ideo oportet, quod inten- tio naturæ, quæ prolem intendit, referatur actu vel intentionem ad intentionem prolis, prout est bonum sa- cramenti: alias staretur in creatura, quod sine pec- cato esse non potest. Et ideo quando natura tantum respicit ad actum matrimonij, non excusatur à pecca-

Al fidem.

*ar 3. hu-
ius q. 99.*

ro omnino, nisi in quantum motus naturæ ordinatur ad actum vel habitum ulterius ad prolem, secundum quod est bonum sacramenti. Nec tamen sequitur, quod motus naturæ sit malus, sed quod sit imperfectus; nisi ad aliquod bonum matrimonij ulterius ordinetur.

Ad secundum dicendum, quod si aliquis per actum matrimonij intendat vitare fornicationem in coniuge, non est aliquod peccatum: quia hæc est quedam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua infirmitas; & secundum hoc est peccatum veniale; nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus.

Ad tertium dicendum, quod vna debita circumstantia non sufficit ad hoc, quod actus sit bonus. Ideo non oportet, quod qualitercumque quis se suavitatur, usus sit bonus: sed quando vitur se sua vitetur, secundum omnes circumstantias.

Ad quartum dicendum, quod quamvis intendere sanitatis conservationem, non sit per se malum: tamen hæc intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas impedatur, quod non est ad hoc de se ordinatum: sicut qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quæreret. Et similiter etiam est in proposito actu matrimonij.

ARTIC. VI.

Vtrum cognoscens uxorem non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem, mortaliter peccet?

204

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod quodcumque aliquis uxorem cognoscit, non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem, mortaliter peccet. Quia sicut Hieronymus dicit, & habetur in littera †, Voluptates quæ de mulierum amplexibus capiuntur, in uxore damnabiles sunt. Sed non dicitur esse damnabile, nisi peccatum mortale. Ergo cognoscere uxorem, propter solam voluptatem, est semper peccatum mortale.

*refertur
in dec. 32
q. 4. c. li-
berorum.
† lib. 4.
d. 31. pa-
rag. F.

¶ 1 Præterea, Consensus in delectationem est peccatum mortale: ut in 2. lib. dist. 24. dictum est. Sed quicumque cognoscit uxorem suam causa delectationis, consentit in delectatione. Ergo mortaliter peccat.

¶ 2 Præterea, Quicumque usum creaturæ non refert in Deum, creatura fruitur; quod est peccatum mortale. Sed quicumque uxore, propter solam delectationem vitur, hunc usum non refert in Deum, Ergo mortaliter peccat.

¶ 3 Præterea, Nullus debet excommunicari, nisi pro peccato mortali. Sed aliquis uxorem sola libidine cognoscens, ab introitu Ecclesiæ arcetur, ut in 1. c. dicitur; quasi sit excommunicatus. Ergo talis peccat mortaliter.

SED contra est, quod secundum Aug. † talis conuenitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur, Pater noster, &c. ut habetur in littera *. Sed talia non sunt peccata mortalia. Ergo, &c.

¶ Præterea, Qui cibo vitur ad delectationem, non peccat mortaliter. Ergo pari ratione, qui vitur uxore tantum causa libidinis satiandæ.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dicunt, quod quicumque ad actum coniugale libido principaliter mouet, est peccatum mortale; sed quando ex latere, tunc est peccatum veniale. Quando omnino delectationem † despicit, & displicet, tunc est omnino sine veniali peccato. Ut sic delectationem in isto actu querere, sit peccatum mortale; delectationem oblatam acceptare, sit peccatum veniale: sed eam odire, sit perfectionis. Sed non potest esse: quia secundum Philosophum, in Ethic. † idem iudicium est de delectatione & operatione: quia operationis bonæ est delectatio bona & mala mala, Vnde, cum actus matrimonialis sit per se malus, nec querere delectationem erit peccatum mortale semper.

¶ Ideo dicendum, quod si delectatio queratur vltimè honestatem matrimonij, ut * scilicet aliquis in

honestatem matrimonij, ut * scilicet aliquis in

honestatem matrimonij, ut * scilicet aliquis in

honestatem matrimonij, ut * scilicet aliquis in

honestatem matrimonij, ut * scilicet aliquis in

honestatem matrimonij, ut * scilicet aliquis in

* lib. 4.

sent. d. 31

par. H. et

I ex Gre-

gor. in fi.

12. lib. ep.

† id habet

Beda sup.

illud 1.

Cor. 7. me

lius est n.

& dicitur

esse

Aug. in

ser. de bo-

no nupt.

Sed habe-

tur in se

tent. li. 3.

cont. Iul.

Pelag. c.

16. Et li.

2. contr. a

eundem pa-

rum ante

fin.

* li. 4. sct.

d. 31. pa-

rag. F.

† Al. re-

spuit.

† lib. 10.

c. 3. & 4.

* Al. sct.

Dd 4 coniu-

coniuge non attendat, quod coniux est, sed solum quod mulier, paratus idem facere cum ea, si non esset coniux; est peccatum mortale. Et idem talis dicitur

† Hieron. ep. 1. contra Ioviniana in si. & habetur 4. sentent. d. 31. S. F. ante finem.

† ardentior amator vxoris: quia, scilicet, ardor ille extra bona matrimonii effertur. Si autem quæritur delectatio intra limites matrimonii, ut scilicet talis delectatio in alia non quæreretur, quam in coniuge; sic est veniale peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod tunc voluptates meretricias vir in vxore quærir, quando nihil aliud in ea attendit, quam quod in meretrice attenderet.

Ad secundum dicendum, quod consensus in delectationem concubitus, qui est peccatum mortale, est peccatum mortale: non autem talis delectatio est matrimonialis actus.

Ad tertium dicendum, quod quamvis delectationem non referat actu in Deum, non tamen ponit ea ultimum voluntatis finem: alias eam ubicumque indifferenter quæreret. Et idem non oportet, quod creatura fruatur, sed vitur creatura actu propter se, se autem habitualiter propter Deum, quamvis non actu.

Ad quartum dicendum, quod hoc non dicitur propter hoc, quod ex hoc peccato homo excommunicationem meretur; sed quia spiritualibus se prædit inhabilem, propter hoc quod efficitur in actu toto totus caro.

QVÆST. L.

† Concil. Trid. sess. 24. de sacram. matri. can. 4. De impedimentis matrimonii in generali, articulo absoluto.

Deinde considerandum est de impedimentis matrimonii.

¶ Et primo in generali.

¶ Secundo in speciali.

ARTIC. I.

Utrum matrimonio conuenienter impedimenta assignentur?

205 Tho. 4. d. 34. q. vni ca. 1. 1.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod matrimonio inconuenienter impedimenta assignentur.